



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta
Complectens Primam Secundæ, & Secundam Secundæ Summæ
Theologiæ

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 vtrum Deus sit causa excæcationis, & obdurationis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72759](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72759)

ARTICVLVS III.

Verum Deus sit causa excecationis & indurationis.

AD TERTIVM sic proceditur. Videtur, quod Deus non sit causa excecationis & indurationis. Dicit enim Aug. in li. 8. 1. quod est. quod Deus non est causa ei, quod homo sit deterior: sed per excecationem & obdurationem fit homo deterior. ergo Deus non est causa excecationis & obdurationis.

¶ 2 Præ. Fulgentius dicit, quod Deus non est vltor illius rei, cuius est actor: sed Deus est vltor cordis obdurati, secundum illud Eccl. 3. Cor. durum male habebit in nouissimo. ergo Deus non est causa obdurationis.

¶ 3 Præ. Idem effectus non attribuitur causis cõtrariis: sed causa excecationis dicitur esse malitia hominis. s. m. illud Sap. 2. Excecavit enim eos malitia eorum. & etiã diabolus, secundum illud 2. ad Cor. 4. Deus huius sæculi excecavit m̃tes infidelium: quæ quidẽ causã videntur esse cõtrariã Deo. ergo Deus non est causa excecationis & obdurationis.

SED CONTRA est, quod dicitur Isã. 7. Excecã cor populi huius, & aures eius aggraua. Et Rom. 9. dicitur: Cuius vult miseretur, & quem vult indurat.

RESPON. Dicendum, quod excecatio & obduratio duo importat. Quorũ vnũ est, motus animi humani inherens malo, & auctus a diuino lumine: & quãtum ad hoc Deus non est cã excecationis, & obdurationis sicut non est cã peccati. Aliud autẽ est subtractio gratiæ, ex qua sequitur, quod mens diuinus nõ illuminetur ad recte videndũ, & cor hominis non emolliatur ad recte viuendum, & quantum ad hoc Deus est cã excecationis, & obdurationis. Est autẽ considerandũ, quod Deus est cã vniuersalis illuminationis animarum, s. m. illud Io. 1. Erat lux vera quæ illuminat oẽm hominẽ venientem in hunc mundũ: sicut sol est vniuersalis causã illuminationis corporũ, aliter tñ & aliter. Nã sol agit illuminãdo per necessitatem naturæ: Deus autẽ agit voluntarie per ordinem suę sapiẽtiæ. Sol autẽ licet quantum est de se oĩa corpora illuminet, si quod tñ impedimentum inueniat in aliquo corpore, relinquit illud tenebrosũ, sicut patet de domo, cuius fenestriæ sunt clausæ: sed tñ illius obscuratiõis nullo mō causã est sol. nõ. n. suo iudicio agit ut lumen interius nõ immitat: sed causã eius est solum ille qui claudit fenestrã. Deus autẽ proprio iudicio lumen gratiæ non immitat illis, in quibus obstaculum inuenit. vnde causã subtractiõis gratiæ est non solũ ille qui ponit obstaculum gratiæ, sed etiã Deus qui suo iudicio gratiã non apponit. & per hũc modum Deus est causã excecationis aggrauatiõis aurium, & obdurationis cordis: quæ quidem distinguuntur secundũ effectus gratiæ, quæ & perficit intellectũ dono sapiẽtiæ, & affectũ emollit igne charitatis. Et quia ad cognitionem intellectus maxime deseruiunt duo sensus, s. visus & auditus, quorum vnus deseruit inuentioni, scilicet visus, alius disciplinæ, scilicet auditus. ideo quantum ad visum, ponitur excecatio: quantum ad auditum, aurium aggrauatio: quãtum ad affectum, obduratio.

AD PRIMVM ergo dicẽdum, quod cum excecatio & induratio ex parte subtractiõis gratiæ sint quedã pœnæ, ex hac pte eis nõ fit deterior, sed deterior factus per culpã hæc incurrit, sicut & ceteras pœnas.

AD SECVNDVM dicendum, quod obiectio illa procedit de obduratione secundum quod est culpa.

AD TERTIVM dicendum, quod malitia est causã excecationis meritoria, sicut culpa est causã pœnæ. & hoc etiam modo diabolus excecãre dicitur, in quãtum inducit ad culpam.

ARTICVLVS IIII.

Verum excecatio & obduratio semper ordinentur ad salutem eius, qui excecatur & obduratur.

AD QVARTVM sic proceditur. Videtur, quod excecatio & obduratio semper ordinentur ad salutẽ eius, qui excecatur & obduratur. Dicit enim Aug. in Ench. quod Deus cum sit summe bonus, nullo mō permitteret fieri aliquod malum, nisi posset ex quo libet malo elicere bonum: multo igitur magis ordinat ad bonum illud malum, cuius ipse est causã: sed excecationis & obdurationis Deus est causã, vt dictum est. ergo hæc ordinantur ad salutem eius qui excecatur, vel obduratur.

¶ 2 Præ. Sap. 1. dicitur, quod Deus non delectat in perditione impiorum: videretur autem in perditione eorum delectari, si eorum excecationem in bonũ eorum non conuerteret. sicut medicus videret delectari afflictione infirmi, si medicinã amarã, quã infirmo ppinar, ad eius sanitatem nõ ordinaret. ergo Deus excecationẽ conuertit in bonũ excecatorũ.

¶ 3 Præ. Deus non est personarum acceptor, vt dicitur Act. 10. Sed quorundã excecationẽ ordinat ad eorum salutem, sicut quorundã iudeorum, qui excecati sunt vt Christo non crederent, & nõ credẽtes occiderent, & postmodum cõpuncti conuerterũt, sicut de quibusdã legitur Act. 2. ut patet per Aug. in li. de quæstionibus Euãgelij, ergo Deus omnium excecationem conuertit in eorum salutem.

SED CONTRA. Non sunt faciendã mala, ut ueniant bona, ut dicitur Roman. 3. sed excecatio est malum. ergo Deus non excecãt aliquos propter eorum bonum.

RESPON. Dicendum, quod excecatio est quoddam præambulum ad peccatum. Peccatũ autem ad duo ordinatur, ad vnum quidem per se, scilicet ad damnationem: ad aliud autẽ ex diuina misericordia, vel prouidentia, scilicet ad sanationem, in quantum Deus permittit aliquos cadere in peccatum, ut peccatum suum agnoscentes, humilientur & conuertantur, sicut Aug. dicit in lib. de natura & gratia. unde & excecatio ex sui natura ordinatur ad damnationem eius, quod excecatur, propter quod ponitur etiã reprobationis effectus: sed ex diuina misericordia excecatio ad tempus, ordinatur medicinaliter ad salutẽ eorum qui excecantur. sed hæc misericordia, nõ omnibus impeditur excecatis, sed prædestinatis solum, quibus omnia cooperantur in bonum, sicut dicitur Ro. 8. Vnde quantum ad quosdam excecatio ordinatur ad sanationem, quantum autem ad alios ad damnationem, ut Aug. dicit in 3. de quæst. Euangelij.

AD PRIMVM ergo dicendum, quod omnia mala, quæ Deus facit, vel permittit fieri, ordinatur in aliquod bonum, non tamẽ semper in bonum eius in quo est malum: sed quandoq; ad bonum alterius, vel etiam totius uniuersi. sicut culpã Tyrannorum ordinat in bonum Martyrum, & pœnam damnatorum ordinat ad gloriam iustitiæ suæ.

Ca. 11. circa prin. 10. 1.

Art. præc.

Libro 3. ex Matth. c. 14. in med. 10. 4.

Ex ca. 22. 23. & 28. 10. 7.

ex Mat. esp seu quæst. 14. 10. 4.

Ab